Libro Mi Neandri affigenda

Inter Sententias ex Euripide† hoc in libro collectas sub initium haec legitur: Στῦλοι οἴκων παῖδες ἄρσενες. filij mares columnae sunt familiarum. Quae verba faciunt ut cum CONRADULO primogenito d. filij mei ACHATII pastoris HEVENSENSIS, jam nato, dono destinarim. Is enim primus meus nepos est ex filijs. primus, inquam, τῶν ἀρσένων, surculus propagationis familiae nostrae MYLIANAE, vel columna ejusdem, quam mihi ex indebita bonitate in decrepita senectute, septuaginta duos annos et amplius nato jucundè conspiciendam praebuit divina majestas. Ipsi gloria. Librum igitur hunc (qui ~~et opus scholasticum appellari consuevit~~ [Neandri]) dicto meo nepoti dilecto, in AVI paterni & Anadochi memoriam hisce dono offero atque do. Hac tamen lege, ut, si vixerint, parens (quod et me non monente sponte sua facturus esset) filium in Graecis quoque, cum caeteris bonis litteris, imbui & erudiri curet sedulò. CONRADULUS etiam jucundissimam utilissimamque et necessariam illam linguam non modò superficialiter, sed fundamentaliter atque solidè discat, ita ut docto aliquo carmine id probare, tamque pro nutu divino, aliquando in Scholis publicis cum laude docere queat. Idque exemplo laudabili IOHANNIS MYLII patrui mei, qui in Northusana & Schola generosorum Comitum à Stolberg ILFELDIANA ad senium multum in hac lingua desudavit ac praestitit. Ex cujus Bibliotheca hic liber haereditarius ad parentem meum et me devenit. Huic pio instituto, egregiè multo cum fructu variaque doctrina & sapientia veterum sapientum, serviet liber hic aureus, nocturna diurnaque versatus manu. Ad quod à DEO O. M. tam patri quam filio vitam ac felicem successum exopto atque precor ex animo.

parens, Avus & anadochus

Valentinus Mylius
Pastor Stalbecensis
26. Jan. Anno
1641.

† Tragoedia quae vocatur IPHIGENIA in Tauris

quem ob notarias ac res hic collectas, earumque usum, opus scholasticum NEANDRI adolescens saepe appellari memini

UNIV.- u. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Qu. Fragm. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1748004808-11
DFG

Hac iam data sic occasione
addere nolui, ut videas me non
fallere. Es habe nun schon in
dasselbe Buch geschrieben, weil
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] & [illegible]

ut salutem [illegible]
sanitate [illegible]

Libri M. Neandri affigenda

Inter Sententias ex Euripide† hoc in libro collectas
sub initium haec legitur: Στῦλοι οἴκων ~~εἰσὶ~~ παῖδες ἄρσενες.
Filii mares columnae sunt familiarum. Quae verba faciunt
ut eum CONRADULO primogenito D. filii mei ACHATII
pastoris HEVENSENSIS, jam nato, dono destinarim.
Is enim primus meus nepos est ex filiis, primus ingenuus,
τῶν ἀρσ. ἄρσην, surculus propagationis familiae nostrae MY-
LIANAE, vel columna ejusdem, quam mihi ex indebita bonitate
in decrepita senectute, septuaginta duos annos & amplius
nato jucunde conspiciendam praebuit divina majestas.
Ipsi gloria. Librum igitur hunc (~~qui et opus scholasti-~~
~~cum appellari consuevit~~ Neandri) dicto meo nepoti dilecto, in AVI
paterni & Anadochi memoriam hisce dono offero atque
do. Hac tamen lege, ut, si vixerint, parens (quod et
me non monente sponte sua facturus esset) filium in Grae-
cis quoque, cum caeteris bonis litteris, imbui & erudiri cu-
ret sedulo. CONRADULUS etiam jucundissimam utilissimam et
necessariam illam linguam non modo superficialiter, sed fun-
damentaliter atque solide discat, ita ut docto aliquo car-
mine id probare, tamque pro nutu divino, aliquando in scholis
publicis cum laude docere queat. Atque exemplo laudabili
IOHANNIS MYLII patrui mei, qui in Northusana & Schola ge-
nerosorum Comitum à Stolberg HIRZENHAINENSIANA ad senium
multum in hac lingua desudavit ac praestitit. Ex cujus bi-
bliotheca hic liber hereditarius ad parentem meum & me
devenit. Huic pio instituto, egregie multo cum fructu va-
riaque doctrina & sapientia veterum sapientum, scatet li-
ber hic aureus, nocturna diurnaque versatus manu.
Ad quod à DEO O. M. tam patri quam filio vitam ac felicem successum exopto
atque precor ex animo.

parens, avus & anadochus

Valentinus Mylius
Pastor Halbecensis
26. Jan. Anno
1641.

† Tragoedia quae vocatur IPHIGENIA in Tauris

(quem ob materias ac res hic collectas, earumque usum, opus scholasticum NE-ANDRI, adolescens saepe appellari memini

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Qu. Frag. m. 3.